

¶ ordine ac dignitate, claudicare oportere. Nam illos
ego fortitores & numeratores, quāuis soli ferē gloriam
in prædicendo inueniant, ut alios omnes ratione ac uia
carentium, non artium quidem illarum, sed deceptio-
num magistros, nihil moror. Sed cum certiss. nuper in
expectationem uocaremus, & ante aliquot annos con-
uersam à Trapezuntio in Latinum Magnam composi-
tionem Ptolemæi, & ipsum adeo Græcum librum pro-
pediem in manus studiosorum excusum æneis typis ef-
se uenturum, iamq; uideremus extare aliorum in Ma-
thematica scriptorum quædam præcipua, in spem quo
q; magnam uenimus futuram huius disciplinæ similē
atq; aliarum artiū fortunam. Quæ cum opt. scripta ue-
terum quibus traditæ essent, subinde prodirent in lu-
cem, multos & cultores & propugnatores inuenere, ia-
Etisq; radicibus ita luculente cœperunt frutificari, ut ni-
si aliqua singularis calamitas oppresserit, uberrimi fru-
etus nobis sperandi esse uideantur. Quam meam spem
confirmat T. Exc. hac in parte, aliorumq; quorundam
maximorum Principum uoluntas ac cupiditas, de qua
propediem futurum confido, ut huius etiam scientiæ
surculis amœniss., horti consiti conspiciantur, atq; in-
de suauissimi percipiātur fructus. Quàm uero sit admi-
rabile ac exīmium hoc Ptolemæi scriptum, facile decla-
rant omnium professorum Astrologiæ qui postea fu-
ere testimonia, quibus illud mirificis laudibus uehunt,
neq; ut humanum sed diuinum planè opus suspiciunt
ac uenerantur. Vnus est inuentus recentior Astrolo-
gus Abra